



## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 26. Monasticam vitam silentij necessitas aliquibus suasit, exemplo cuiusdam militis; silentiu[m] est murus religionis; neq[ue] silens perditioni est obnoxius, sed perfectionis argumentum præbet.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

labia tua. Et Prou. 15. 23. *Letetur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus.* Clariùs verò & apertiùs id tradit David, Psalm. 106. 30. *cùm inquit, Letati sunt quia filuerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

Mali-  
tiam  
extin-  
guit.

Tertiùm est, quòd malitiam extinguat. Hinc Eccli 19 5, *Qui odit loquacitatem extinguit malitiam.* Sicut vice versa, Prou. 17. 20. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum, & qui vertit linguam incidet in malum.* Vertit linguam qui ea à bono ad malum vtitur; vel qui peruersa loquitur. Vide de hac re plura suprà cap. 14. num. 3.

#### CAPVT XXVI.

*Monasticam vitam silentij necessitas aliquibus suavit, exemplo cuiusdam militis; silentium est murus religionis; neq; silens perditioni est obnoxius, sed perfectionis argumentum præbet.*

**P**rimò, ob huius necessitatem quendam militem monasticã

vitam

vitam elegisse, tradit Vincentius in Speculo morali lib. 3. distinc. 4. part. 1. his verbis. Miles quidam seculo renunciaturus, vt vidit taciturnitatis necessitatem, suum vassallum ad Abbatem cuiusdam Monasterij misit, qui suo nomine peteret susceptionem ad monasticam vitam, sed interim mutum esse indicaret; promitteret etiam promptissimam ad omnia obedientiam, sed quid accidit? susceperunt studio & voluntate non lingua mutum; ignorarunt pium dolum. Contigit autem vt idem olim miles, tunc verò monachus, cum suo Abbate proficisceretur ad militem quendam morti proximum, quem vt vidit à dæmonibus in exitu miserabiliter dilaniari, contristatus est, fleuitq;: remeans verò ad cellam cum suo Abbate alius stipendia faciēs occurrit, promittit re familiari disposita conuersionem.

*Monasticam vitam suadet*

Qui

Qui cūm præcederet eos, viam tē-  
tans lapsus de ponte submersus est.  
Cuius animam dictus monachus  
in monachi specie vidit ab angelis  
in cœlum deferri; at cūm risisset,  
adiuravit eum Abbas in virtute S.  
obedientiæ, vt si loqui posset, cau-  
sam risus pronuntiaret. Qui ait:  
Malè fecisti contra propositum  
meum, faciens me loqui. Cui om-  
nia postmodum narrauit, quæ vi-  
derat. Quare Abbas obstupefactus  
ad tantam linguæ continentiam,  
pedibus fratris sui prouolutus, &  
repulsus est. Tādē frater in pro-  
posito suo persistens, petijt in lo-  
co quodam solitario includi, ne sæ-  
pius silentij iura transgredere-  
tur. Hæc ille.

Silenti-  
um  
murus  
religio-  
nis.

Secundū est, quòd silentium  
murus sit religionis, aut ciuitas bo-  
næ & firmæ munitio-  
nis. Nam ve-  
rū est quòd Prouerb. 25. 28. di-  
citur. *Sicut urbs patens & absq; mu-*

rorum ambitu : ita vir qui non potest  
 in loquendo cobibere spiritum.. De  
 quo etiam egimus suprà capit. 16.  
 Ita qui linguam domare potest, e-  
 rit vrbs clausa, & murorum ambi-  
 tu cincta : quæ opponit se aduerfa-  
 rijs pro domo Domini. Secùs fa-  
 ciunt loquaces, de quibus id dici  
 potest quòd de Prophetis Israël  
 Dominus apud Ezechielem con-  
 queritur. Ezech. 13. 4. *Quasi vulpes  
 in desertis, Propheta tui Israëlerant.  
 Non ascendistis ex aduerso, neque  
 opposuistis murum pro domo Israël  
 ut staretis in pralio in die Domini.  
 Hic est iste silentij murus, qui  
 cum antemurali Isai. cap. 26. vers.  
 1. ponitur in vrbe fortitudinis no-  
 stræ Sion.*

Tertiùm est, quòd silentio  
 deditus perditioni non est obno-  
 xius. Vnde Prouerbior. cap. 29  
 vers. 27. dicitur. *Verbum custodiens*

*Perdi-  
 tioni  
 non fa-  
 ci ob-  
 noxios*

*filius extra perditionem erit. in cuius  
via lassati sunt impij. Sap. 5. 7. & ma-  
ximè ipse Antichristus, qui 2.  
Thes. 2. 3. filius perditionis dici-  
tur, sic eius asseclæ & magistri mè-  
daces. 2. Pet. 2. 1. Introducent se-  
ctas perditionis, superinduentes  
sibimetipsis celerè perditionem:  
quorum quoq; vers. 3 perditio non  
dormitat: uti & ad suam perditio-  
nem tam D. Pauli Epistolas quàm  
reliquas scripturas indocti & in-  
stabiles homines depravant, teste  
eodem D. Petro, 2. Petr. 3. 15.*

*Ad  
perfes-  
tionis  
augmē-  
tum  
cōfert.*

*Quartum est, quòd ad perfe-  
ctionis augmentum plurimùm  
conferat. Id apertissimis verbis  
docet D. Iacobus capit. 3. 2. cùm  
inquit: *In multis offendimus omnes.  
Si quis in verbo non offendit, hic per-  
fectus est vir, potest etiam fra-  
no circumducere to-  
tum corpus.**

\* \*

\*